

## UCI Latin Subject Matter Preparation Program (SMPP) Summative Examination

Upon completion of subject matter requirements for a single subject teaching credential in Latin, students are required to take a summative examination. This examination will be written individually for each student and will be based on a list of classes taken and texts read that is supplied by the student. The three-hour examination will consist of four passages selected from the list of texts read by the student. The student will be asked to translate the passages, to analyze grammatically various words in the passage, to scan a few lines from a poetry passage and to comment briefly on the political, social and/or literary significance of the passage. The examination is graded on a Pass/Not Pass basis and students are able to retake the examination, if necessary.

Upon completion of the required coursework contact Cynthia Claxton in the Department of Classics, [clclaxton@uci.edu](mailto:clclaxton@uci.edu) or 949-824-7120, to set up an appointment to take the summative exam.

### *Sample Examination:*

For each passage, please do the following:

1. Translate the passage into clear and idiomatic English.
2. Identify the form of each of the underlined words and explain its syntax. Be as complete as possible.
3. Comment briefly (about one paragraph) upon the political, social and/or literary significance of the passage.
4. Identify the meter and scan the first four lines of passage #2. You need to do this for passage #2 only.

Examination Time: Three Hours

1. Qua re secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur, muro denique, quod saepe iam dixi, secernantur a nobis; desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare; sit denique inscriptum in fronte unius cuiusque quid de re publica sentiat. Polliceor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem ut Catilinae profectioe omnia patefacta, inlustrata, oppressa, vindicata esse videatis.

Cicero, In Catilinam I. 32

2. excudent alii spirantia mollius aera  
(credo equidem), vivos ducent de marmore vultus  
orabunt causas melius, caelique meatus  
describent radio et surgentia sidera dicent:  
tu regere imperio populos, Romane, memento  
(hae tibi erunt artes), pacique imponere morem,  
parcere subiectis et debellare superbos.

Vergil, Aeneid 6.847-853

3. Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures; iamque nuntiato  
augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem  
sua multitudo consalutaverat; tempore illi praecepto, at hi numero avium  
regnum trahebant. inde cum altercatione congressi certamine irarum ad  
caedem vertuntur; ibi in turba ictus Remus cecidit. volgatior fama est  
ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros; inde ab irato Romulo,  
cum verbis quoque increpitans adiecisset, 'sic deinde, quicumque alius  
transiliet moenia mea,' interfectum. ita solus potitus imperio Romulus;  
condita urbs conditoris nomine appellata.

Livy 1.7.1-3

4. Cui dono lepidum novum libellum  
arido modo pumice expolitum?  
Corneli, tibi: namque tu solebas  
meas esse aliquid putare nugas  
iam tum, cum ausus es unus Italorum  
omne aevum tribus explicare chartis,  
doctis, Iuppiter, et laboriosis.  
quare habe tibi quidquid hoc libelli,  
qualecumque quidem, patroni ut ergo  
plus uno maneant perenne saeclo.

Catullus 1